



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prosæ Tomus ...

Conti, Giovanni Battista

Rom, 1704

Prosa II. De Christi Domini Cruciatibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69458](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69458)

rum nostro Deus in corde, nostris sub
pedibus tellus.

PROSA SECUNDA.

De Christi Domini Cruciatibus.

ORATIO

*Habita in Sacello Pontificio ad
Innocentium XI.*



Oriente vita natura, tu
hæc rerum universa, ele
atque hæc spectabilis ter
mundi elegãtia suum eru
illud rudimentum ve. ho
tus, ac promiscuam per
abyssi faciẽ propè de. cer
fiderant, Pater Beatissime, quando solis rit.
decor meridianus, intempestivo pallore tiæ
intercipitur; rupes ac silices se velut dæ
membratim discerpunt, diversa; jacu. æqu
lantur; in partes; reduces animæ, & calẽ. vat
res iterum cineres perruptis monumen. De
tis divortia mortis, vitæque confundunt; sup
elementa omnia quasi longevæ nimis sit,
inter se fidei, ac desidiosæ fæderis piget. imr
Utrum nam, occasum natura sum id. len
cir.

sub
circò minatur, ut hominis jam inhu-
mani feritatem exterreteat? Haud equi-
dem in animum id meum induxero;
Deum etenim, ac naturam nihil fru-
stra moliri; pium, & verax est prisco-
rum sapientum proloquium. Quæ cæ-
li, ac terrarum portenta vel maxima
horrere sat possit qui nec summū illud
portentum exhorrui, se Dei sui tor-
torem, ac parricidam? Non tam igi-
tur ille metuendæ labor est, quàm me-
tuentis naturæ. Et verò ò metuendum
elementis omnibus, ò toti naturæ por-
tentum horrendum! Eò immanitatis
erupit homo, ut Deum pro homine
hominem factum homo tandem ipse
per ignominias, per cruciatus, per cru-
dem, per necem non hominem fece-
rit. Quantumvis frigidus ille innocen-
tiæ laudator adversus efferatam Ju-
lidæam indigitans clamet: Ecce Homo;
cui æquum est, veritati ipsi credamus, per
alævatem antea suum præsignificanti; adeò
Deum hominem sub homine carnifice
supprimendum, ut vermis subinde
mis sit, non homo appellandus. Facinoris
immanissimi series in oblivionem, si-
lentiumque noctis æternæ, ex cujus
emer-

emerfit latibulis, esset penitus retru-
denda, nisi quòd maximo divinorum
erga nos munerum immista divinitus
est; ita nimirum exuperante malevo-
lentiã hominis benevolentia Dei, ut
quod in Deum ab homine subsultave-
rat monstrum nequitia, à Deo in ho-
minem resultaret miraculum bonita-
tis, idemque foret ipse per hominem
ac propter hominum mortuus Deus.

Post convivium beatissimum, quod
Deum habuit & structorem, & fercu-
lum (invenit namque Deus omnipo-
tenter amans, atque amanter omnipo-
tens, quomodò in hominibus intime-
inesset, dum ne vel inter homines ef-
fret, hominum improbitas agitabat
post beatissimum, inquam convivium
hortus natale deliciarum gremium, ge-
niale nomen jucunditatis pœnarum
fit tyrocinium divinarum. Illic amo-
æternus itinerum denique pertæsus æ-
ternitatis suæ, dum præstituti tempo-
ris metam jamjam contingit, fortiter ge-
stit prævertere Judæorum furorem, at-
que athleticè cum Deo suo congregari
tur: nec prorsus sine sudore, quia
etiam nec sine cruore constat. ejusmodi

ejusmodi colluctanti Deo congressus ;
quandoquidem procidens super terram
in subitam effunditur prodigiosi lacry-
mationem sudoris, qui idem simul est
& cruentus, & cruor. In tantum ne
vulnerari amas pro non amantibus te
sanctissime mundi instaurator; ut amor
vulnerum tuus odia vulnerantium an-
tevolet? Proh tuam in nos charitatem,
qua factum mirificè, ut transigendo fe-
licitatis nostræ negotio esses tam amāter
patiens, tam amanter simul impatiens!

Sed ecce festinantes hostes cruen-
tatum amore Deum jam impetunt. A-
dest primus turbulentæ expeditionis
Magister, ac Ductor sub salutantis
amicitiæ tessera Apostolus proditor,
veritatem ipsam per sacrilegum osculi
mendacium proditurus. Infelicissimum
sanè artificii suo mendacium! quis enim
in conspectu, atque ipso in ore verita-
tis feliciter mentiatur? Ad ementitæ
salutationis, & osculi indicium emicat
rapidissimè satellitum globus. Hi lan-
ceas, & gladios attollunt. Illi fustes,
atque virgas; restes illi, atque vincula
proferunt. Unà omnes debacchantur,
quòd ea petiti sunt præda, cui ferociter

B

inhia-

inhiabant. Summum utique, quod quæ-
runt, ac tenent, bonum est; ac cum
quærant, ac teneant ad perdendum, de
bono ipso summo pessimi fiunt, dum
malè quærant; ac dum pessimè tenent,
miserrimi.

Quid istuc porrò quod oculis inopi-
natum obiicitur? Quoniam non est
alligatum Dei Verbum, vel cum in
vinculis detinetur; & si captiva fit præ-
da Deus, attamen omnipotens semper
est, prodesse ut possit, & charitas sem-
per, ut velit: irruens turba ictu fulmi-
neo divinæ vocis prosternitur; & im-
portuna Petri militem incurstantis vin-
dicta restitutæ auris miraculo emenda-
tur: nihilominus & omnipotentia pro-
digialiter terrens, & juvans prodigialiter
charitas odiorum duritiam haud fran-
git. Dum ad mortem occisor mortis
perquiritur, improbos aggressores re-
supinat omnipotens, atque erigit cle-
mens, ut illi vel clementem diligant,
vel omnipotentem timeant; sed ad sen-
sus tam salutares ferreæ nimis, atque
indociles animæ ipsi timoris, & amo-
ris miraculis instauratæ magis ad auda-
ciam, & odium vehementiùs ingruunt
in

in immerentem prædam . Nihil profecto tam barbarum, tam violentum, tam atrox, quod hora illa, ac tenebrarum potestas adversus omnipotentiam videatur non posse . Uno ipsam impetu insiliunt omnes, durisque adstrictam ligaminibus solo affligunt, protundunt, proculcant .

Sic mille inter afflictationes ad Judicum sedes adducitur jam mancipatus Redemptor, atque in iudicium vocatur innocentia, id ipsum quondam iudicatura iudicium, atque ostensura, quàm sibi metipsis nocentem innocentiam faciant qui è Tribunali suo perversè arbitrantes nocentem dicunt . Ante iniquissimos ergo Iudices sistitur iudicandus Deus . Et heu quot apud illos, & quàm altè suppliciis, quàm altiùs exulceratur optobriis ! En alapa per venalem dexteram impudentis gladiatoris irapudentissimè impacta, perinde quasi Dominus omnium inurbanum foret mancipium, de officio scilicet, deque urbanitate tam diro documento admonendum . En tanquam in blasphemum obloquentium, exhibantium, expuentium plusquam obscæna

procacitas. En ludicrum albæ vesti
 spectaculum in argumentum stultitiæ
 En ad lacertosi virgatoris fastidium ver-
 berationum tempestas; & spinosi dia-
 dematis onus, & levitas arundinea
 potestatis: ut nempe Regum ò Rex
 vel per ludibundam lanienam hostes
 tui de tormento sibi tuo ludum, & vo-
 luptatem parent, tibi que de ludo, &
 voluptate sua tormentum. Hæc inter
 miserum illud recogito multiplicis do-
 loris auctarium: desertores præ metu
 Discipulos; subversam Petri constan-
 tiam; scelestissimi Judæ scelestiorem
 scelere pænitentiam. Ab hostibus, ab
 amicis, ab exteris, ab domesticis affa-
 tum habet quod patiatur omnium a-
 mans, atque omnium parens Dei Fi-
 lius; ut propterea penè non hominem
 dixeris, quippe quem nullus penè ho-
 minum non dedignatur, non respuit.
 Qui eum dilexerant, se procul ab eo di-
 functos per fugam volunt: qui odorant,
 à seipsis eum procul disjunctum volunt
 per detestabile crucis maledictum, &
 dedecus mortis. Summa proinde cum
 impietate etiam post factam sibi optio-
 nem, Barabbam homicidam dimitten-
 dum,

est
tia
ver
dia
nea
Lex
stes
vo
&
iter
do
etu
an
em
ab
ffa
a
Fi
em
ho
it
di
nt,
nt
&
m
io
n.

dum, Authorem vitæ supplicio crucis interimendum succlamant turbę impotentissimæ, perque impietatem summa illa haud minorem libito succlamantium assentit Præses meticulosus, nimium sibi exitialiter præcavens, atque imprudentissimè prudens.

Hinc ad ferale jugum raptatur mysticus Isaac mundi victima totius futurus, Genitoris charitate, filiorum crudelitate immolandus. Hinc latronum patibulo geminos inter latrones trabalibus clavis infigitur. Hinc post exhausta omnium nomina tormentorum absumpto ad imam usque contumeliarum omnium fæcem cælestis iracundiæ calice, aclicnato in terram, ad nos erigendos in cælum, divinissimo capite, atrata in funeris ritum natura, magna cum voce maximum illum, quo mundus revixit, spiritum exhalavit.

Hominem pro homine fecerat pridem se Deus, jam interficiente Deum homine (facinus, flagitium, nefas omnino tartareum!) factum non hominem & vidimus & doluimus. Veruntamen ipsi experti homines faustissimè sumus, quanto maximorum bonorum

cum fenore vel summū malū in autho-
 res suos benè opulentum resiliat, cum
 in bonum summum offendit; & quàm
 vel de malis nostris esse nobis bonus ille
 possit qui est omnipotens bonitas. Inter
 homines vivens Deus homo docuit ho-
 mines, ad quam vivere normam de-
 beant, ut rectè vivant. Moriens per ho-
 mines, ac jam non homo dedit homini-
 bus, ut verè vivant. Redivivus per se,
 atque iterum homo hominibus dabit,
 ut æternū vivant. Ah tanta de vitio
 nostro prosperitas ne, quæso, vitiosio-
 res nos reddat: parcamus (tua servator
 Christe in genus nostrum benignitas,
 ac malignitas generis adversus te nostri
 his opportunitatem vocibus aperit) par-
 camus Deo lutum, & figmentum Dei,
 eumque semel pro nobis, ac per nos
 cruci suffixum esse, satis, superque sit
 nobis. Atque illud interim attentis ani-
 mis reputemus: qui tam esse malis bo-
 nus voluit, quàm idem olim futurus
 bonis sit optimus. Si de moriente, ac
 moriente per nos Deo tanta nobis ini-
 micis in regione mortis oriri & vita, &
 salus potuit; quanta mox præsto aderit
 iisdem nobis amicis in regno vitæ de-

Deo

ho Deo vivente, & cum Deo vivente fe-
um licitas !

PROSA TERTIA.

De Christi Domini panis.

ORATIO.



Isceet, turbatque natu-
ra quas idoneis inter-
vallis discreverat re-
rum vices, ornatissi-
mi Auditores; & fa-
tetur, orbem terra-
rum dissimilem, aut
discolorem tartaro jam non esse, ubi
nullus ordo, sed horror inhabitat fu-
nestissimus. In fragmina lapides discin-
duntur. Ominosis assultibus inquieta
fatiscit tellus. Postibus, claustrisque
diffraetis monumenta restituunt vitæ
cadaverosas exuvias. Sol dum meridia-
næ lucis fastigium tenet, de repente in-
duit sese in nocturnam caliginem. Ve-
rum tamen nil mirum, si toto commi-
& sceri propemodum tartaro terra vide-
tur, quando facinoris, quod tartaro
toto feralius, atque immanius est, im-